



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LI. Die von Retfelde dotiren ihre in das Kloster Arendsee aufgenommenen
Schwestern mit Hebungen aus Primern, am 23. September 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

monialibus inibi commorantibus de nostra liberalitate contulimus et presentibus conferimus Jure hereditario ac proprietatis tytulo perpetue possidendam. In cuius Rei testimonium presentibus nostrum Sigillum duximus apponendum. Actum et datum in nostra Ciuitate Sehufen in die Beati syxti martiris et sociorum eius, Anno domini M°. CCC°. XXIII°. Presentibus domino Euerhardo preposito Berlynensi, Domino Nycolao preposito Sehufenfi, Domino Johanni [sic!] Cantore opachenienfi, dicto de Lodemaria, nostro cappellano, hinrico Rintdorp, nostro aduocato, Betkino deywede, Oycberto, Ciui in Sehufen, Ewerwino, nostro cappellano et notario, qui presencia habuit in commisso.

LI. Die von Reifelde dotiren ihre in das Kloster Arendsee aufgenommenen Schwestern mit Gebungen aus Primern, am 23. September 1323.

In nomine domini amen. Nos Thidericus de Rituelde Senior, Thidericus de Rituelde Junior ac henninghus de Rituelde Coram omnibus presencia visuris recongnoscimus publice profitentes, quod ex matura liberalitate nostra donauimus nostris tribus sororibus in claustro Arneffe canonice desponsatis vnum chorum filiginis cum decem modiis tritici in villa primer ex duabus Curiiis, videlicet: Ex Curia Coppe Brunowe dimidius chorus filiginis exsoluetur cum quinque modiis tritici, alius dimidius chorus exsoluetur cum quinque modiis tritici ex Curia Johannis de Berne, quouis anno in festo beati martini: hoc verumptamen adiecto, Si vna predictarum ab huius ergastulo emigraret, due superstites tantummodo prefatum chorum filiginis optinebunt, Sed decem modii tritici cedent Conuentui, duabus vero defunctis dimidius chorus cedet conuentui, dimidium chorum superuiuens optinebit, Hiis tribus defunctis idem Conuentus Integrum Chorom filiginis cum decem modiis tritici modo pretaxato perpetue et hereditarie possidebit. Ne quis vero huic donacioni auu temerario audeat obuiare, Presentes iussimus conscribi et sigillo nostro vna cum Sigillis Ciuitatis Sehufen et discreti viri Hinrici de Runtorp, tunc temporis ibidem aduocati, firmiter Roborari. Testes sunt prefatus hinricus de Runtorp famulus, Otbertus, Boldewinus, Conradus aurifaber Senior, Ghiso de osterborch, Gherardus de Boben, Junior Conradus aurifaber, Gyfo Barfewis, hinricus de kerkow, Ebelinghus friso, tunc temporis Consules et Scabini in Sehufen et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M°. CCC°. XXIII°. In Craffino sancti Mauricii et Sociorum eius.